



tauris & aliis bestiis in præfatis spectaculis ipsi, tam pedestres, quam equestres congregari audeant, interdicit, quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica catere sepultura præcipit: clericis quoque tam regularibus, quam secularibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pena, ne eisdem spectaculis interfine, similiter prohibuit: omnemque obligationes, iuramenta, & vota à quibusvis personis, vniuersitate vel collegio de huiusmodi taurorum agitatione, etiam (vt ipsi falso arbitrantur) in honorem Sanctorum seu quarumvis Ecclesiasticarum solemnitatum, & festiuitatum (quæ diuinis laudibus spiritualibus gaudiis, piisque operibus, non huiusmodi ludis celebrari & honorari debent) hæcenus factus, & facta, seu in futurum fienda (quæ, & quas omnino prohibuit) cassatis & annullatis: ibique mandat omnibus principibus, vt præmissa omnia in suis dominis ac terris exactissime seruari faciant: atque ibidem vniuersis prælati, locorumque ordinariis, vt in suis diocesis, præd. suas litter. sufficienter publicari faciant, & præmissa etiã sub penis & censuris Ecclesiasticis obseruare procurent, non obstantibus, &c. prout latius in Motu proprio originali eiusdem Pontificis continetur, dato Romæ, anno 1567. Calend. Nouemb.

Itaque iuxta præfatum Motus proprii agitationis taurorum est omnino prohibita: quod etiam ante hanc Pontificiam decisionem quibusdam placuit, ea nempe ratione, quod torneamenta iure canonico prohibentur, quia inde mortes hominum & animarum pericula sepe proueniunt, adeo vt, qui moritur, quamuis confessus & sacra communione munitus decedat, non sit in facto loco sepeliendus, vt in c. 1. & 2. de torneamentis. Sed agitatio taurorum torneamenti similis videtur: ergo prohibita: arg. l. illud ff. ad leg. Aqu. Secundo quia & illiciti sunt ludi, in quibus vt plurimum, occisiones, & magna vulnera contingunt, qualia in hac agitatione, contingere videntur, quia videntur homines manifeste se exponere periculo, & sic peccant, iuxta illud Eccl. c. 4. & in c. ad audientiam, de homic. & in c. inueniens, de sponsalib. Qui amat periculum, peribit in illo: præsertim cum non videatur sufficere diligentia aliqua ad cauendas mortes & damna, quæ ex isto ludo eueniunt, tã ex tauris, quam ex iaculis in eos missis, ex quibus non solum tauri irritantur, verum ipsi homines tauris agitantibus moriuntur, ista quoque mortes, non raro, sed sepe ac sæpiissime & fere communitè eueniunt, euenireque est probabiliter sperandum: ergo noxius & culpabilis est ludus hic taurorum agitationis: arg. l. nam ludus ff. ad l. Aquil. Tertio, quia inficiari nemo valet, quod ille actus inhumanus sit & antiquã redolens barbariem, vt pote ex eo plures sequantur hominum interitus, tantoque soleant incruentiora reputari similia spectacula, quanto seuerior fuerit in homines taurorum ferocitas iaculis lacessita. Quarto facit gl. in c. qui venatoribus 86. dist. dicens, quod & exercens in arena operas suas cum bestia detenta, peccat mortaliter & qui aspiciet, est infamis: quæ gl. secundum l. quam allegat, videtur agere de locante ad hoc operas suas, non vero quando fit virium exercendarum gratia. Quamuis hoc quoque in torneamenti sit prohibitum, vt in d. c. 1. de torneamentis. Huc accedit, quod & eiusmodi agitationis taurorum spectaculum multorum peccatorum occasiorem præbet, nempe superbia, vanæ gloriæ, luxuriæ, gula, ira & similitum, & in terminis hanc partem probauit Greg. Lopez in l. 57. sit. 5. part. 1. Attend. in 2. par. c. prat. c. 10. n. 12. sanctissimaque erit lex, quæ hanc agitationem taurorum prohiberet, quoniam raro debita cautela, & moderamine exerceatur, vt existimat Nauar. in Manual. Lat. c. 15. n. 18. vbi refert præfatum Motum proprium, dicens esse huiusmodi, hoc esse, sanctissimum, & hæc prima pars hodie approbata est in præd. motu proprio. Ex

quibus eadem à fortiori procedit in Clericis, quibus non licet maxime Sacerdotibus, tauricidii interesse, vt est probabilis opinio secundum Bernard Diaz de Lac. in sua præf. crim. canonica c. 66. de public. spectacu. id probans, quia Iustinianus Imperator non solum Episcopos, sed etiam Presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & lectoribus, ac omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegij, ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire prohibuit, certis sub quibusdam penis, vt in authent. de sanctiss. epif. s. interdicimus, collat. 9. ex quo text. & ex ea. sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach. post Laur. & Cardin. in Clem. ne in agro, s. porro, col. 2. de statu monachor. decedit, quod & clericis non debent interesse ludis ostentationibus, duellis, executionibus damnatorum ad mortem, clandestinis matrimoniis & aliis voluptuosus seu inhumanis actibus laicorum: Quare merito d. l. 57. part. 1. disposuit, quæ los Penlados no denen yr a ver los juegos, assi como a langar, o bohardar, o lidiar los toros, o otras bestias bravas, ni yr a ver los que lidiã, & ibi Greg. Lopez in gl. Lidiar los toros, hanc etiam partem in clericis cum Bernard. vbi supra probauit, & generaliter, & quod clericus ludum mortaliter malum spectans, peccet mortaliter, probat text. in c. 2. de vita & honest. cleric. Nauar. in Manuali Latin. c. 19. n. 14. vbi plura circa hoc Syluest. ceterique Summi in verb. ludus, vbi quando venialiter & quando mortaliter peccent inspectores ludorum atque spectaculorum. Iustissime igitur Pius Quintus Clericis prohibuit sub excommunicationis pena, ne taurorum agitationi intersint.

Sunt tamen, qui ex aduerso, ante Motum proprii constitutionem, contumaciter partem probauerint, & agitationem nempe taurorum per se malam non esse, adhibitis debitis circumstantiis ex parte rectorum Reipublicæ, quorum auctoritate tauri agitantur, præmittendo diligentiam & sollicitudinem, ne in loco, vbi tauri sunt agitandi, sint personæ, quibus verisimiliter periculum timeatur venturum, vt sunt senes, pueri, foemine, mente capti, claudii, & alij infirmii, alios peccarent: hocque communitè fieri solent, quæ præcaueri præconio, ante quam taurus in foro publico impellatur, quo annunciatur exitus tauri, vt omnes sibi caueant, quod si hoc præuenire, mors aliqua vel damnum aliud sequatur, non veniunt rectoribus imputandum, cum id sit præter intentionem, & post adhibitam sufficientem diligentiam: ipsi v qui per se tauris in platea agitant, siue pedestres, equestres, & ad currendum contra se eos irritant, peccabunt, si prope securitatis loci habeant, vbi se facile possint veniente tauro recipere, alios peccabunt, tunc taurum irritantes, & eum sperantes viribus aut industriae propriæ fidentes: assistentes autem & inspectores agitationis taurorum, si id causa recreationis, & voluptatis faciant, nec latentur de damno illic eueniente, aut peccato vel negligentiã rectorum, si qua in eis sit, aut de currendum temeritate, etiam non peccabunt: ceteris autem factis illic contingentibus, quæ culpa carent, letari licite poterunt. Ita Ioa. à Medina in suo C. de restitutione, g. 21. ad fin. de reb. per ludum acquis. vbi ex hoc infert, posse sub statuto iuramento firmato taurorum agitationem cadere, cum per se mala non sit, & quod tales apponi possunt circumstantiæ, quod bona & studiosa reddatur: quam sententiam probare videtur d. l. Partia 57. quandoquidem ibi refert agitationem taurorum, eamque non improbat, & Nauar. in Manual. Lat. c. 15. n. 18. ad fin. vbi tenet, quod agitatio taurorum cum moderamine, & debita cautela, de se non est peccatum, quæuis sanctissima esset lex, quæ illam prohiberet, quoniam raro debita cautela & moderamine exerceatur, & reuera in tota Hispania ante Motum proprium Pij V. constitutionem frequentissima erat, quam diu ab Ecclesia eiusque Summo Pontifice atque vniuersali pastore tolerata, non

veio

vero condemnata existebat. Nunc vero iustissimis de causis ea est prohibita per eundem, si que amplius de huiusmodi te dubitandum nec disputandum est, sed firmiter adhaerendum decisioni atque prohibitioni Summi Pontificis, cum declaratione acquisita Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. eiusdem Pij immediate successoris die 25. Augusti, anno 1575. edita, quæ, quoad laicos sublata sunt penæ, & censura Pij V. dimodo in diebus festiuis tauri non agitentur, & prouiso per eos, ad quos spectabit, quod exinde alicuius mortis, quoad fieri poterit, sequi non possit in reliquis autem ab his, quæ à Pio V. constituta fuerunt, nihil immutari: quorum constitutionum, aliquorumque ex prædictis pro & contra, quamuis nihil differat, mentitur Ioa. Gaspar Gallæcus in tract. de expensis & melior. c. 21. n. 19.

Circa quorum Pontificiarum constitutionum praxin atque intelligentiam multa obseruanda sunt. Primo, in prædictis Dominicis & aliis diebus festiuis minime licet tauris agitari in circo vel in foro sub pena excommunicationis latae sententiæ aduersus Principes, tam Ecclesiasticos, quam seculares, communiter, & respubl. eorumque retores illud permittere iuxta tenorem veriusque Motus proprii, tam Pij V. quam Gregorij XIII. Summorum Pontificum. Nec etiam licet milibus seu aliis personis pedesitris, siue equestribus, in præd. diebus cum præd. tauris seu aliis bestiis in præfatis spectaculis congressi, quæ eis hoc est prohibitum: quod si quis eorum ibi mortuus fuerit, eare debet Ecclesiastica sepultura, quæ cum sit pena, habeat locum, etiam si moriundum Sacramento Penitentis atque Eucharistia munitus decedat: arg. in d. c. 1. & 2. de torneamentis vbi hoc eadem deditur in decedentibus in torneamentis, quæ & iure canonico sunt prohibita, sicut nunc taurorum agitationes in festis diebus. Quod si præd. Principes seculares, Respublicæ, eorumque retores & iudices contra fecerint, contra eos Ordinatus loci procedere poterit tunc peccati atque excommunicationis ipso facto incurta, ad declarationem & aggregationem, eorumque punitionem pena pecuniaria arbitraria, eo quod iustam legem transgressi sint: arg. l. nemo martyres, C. de sacros. Eccles. & ibi gl. Paul. de Casfr. n. 2. & Ioa. Orosc. n. 4. in leg. vniuers. ff. de legib. si quis quod dicitur in præf. sententia: nec ipsi poterunt Ecclesiasticum tribunal declinare, nec & subterfugere, eo quod laici sint, agitur liquidem de peccato publico coercendo, quia ratione per viam denuntiationis Euangelicæ contra eos à iudice Ecclesiastico procedi potest: arg. c. nouis alle, cum materia, de ind. Marant. de ordin. iud. 4. part. princip. 1. dist. n. 12. Sylua. nup. lib. 3. in princ. nu. 58. vol. 6. præf. dicitur, dist. ff. 41. Denique & pretemporè, quia per præd. motum proprium Pij V. mandat vniuersis prælati, locorumque ordinariis, vt præmissa etiam sub pena & censuris Ecclesiasticis obseruare procurent: erunt igitur iudices competentes aduersus laicos ad eorum punitionem hoc casu penam aliquam arbitratiam eiusdem imponendo.

Secundo obseruandum est, quod si credimus Nauar. vbi supra constituto hæc salua sanctæ sedis Apostolicæ censura limitari potest, ne procedat in agitationem taurorum vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi possit ex ea non sequitur notabilia nocentia personalia, puta mortes, vulnera, ossium rupturas, & aliaque id genus quæ tunc cessat ratio finalis, quæ mouit legislatores, nempe quia frequenter ex huiusmodi agitatione consequbantur talia, vt colligitur ex proceimo eius, vnde solet causa legis finalis conici, vt in l. ff. de hered. inst. cum similit. Tum etiam, quia licet prohibita sint absolute torneamenta, eo quod inde mortes hominum & animarum pericula sepe proueniunt, vt in c. 1. de torneamentis, & sup. est dictum, permittuntur

tamen illa, quæ cum moderatione præd. fiunt, vt vniuersus Christi orbis obseruat, quia in eis cessat ratio prohibitionis, vt in extrauag. 1. de torneamentis. tradit late idem Nauar. dist. cap. 15. n. 9. refert & sequitur nouissimus F. Ludouic. Lopez in suo infrascripto consilien. 1. part. c. 70. vbi inuenit contra Ioa. à Medina, vbi supra, eo quod nimis licentiose loquatur, absolute licitam esse agitationem taurorum, præcipue stante dicto Motu proprio Pij V.

Hæc tamen limitatio, si tauri in circo vel in foro (vt prohibet dictus Motus proprius) agitentur, non video, quomodo procedere valeat, quandoquidem adhiberi non potest cautela adeo moderata, quin illa damna, quæ Summus Pontifex considerauit, consequi possint: quæ cum ipse non distinguit, nec nos distinguere debemus, argum. l. de pretio, ff. de Public. in rem. act. & l. non distinguemus, ff. de arb. præmaxime cum in hoc casu militet eadem ratio prohibitionis: non igitur licet in diebus festiuis tauris agitari in circo vel in foro quocumque modo. Et quamuis Nauar. vbi supra asserat, se non audere damnare, etiam post hanc extrauagantem, taurorum agitationes, vt præferat moderatas, licet adhuc arbitretur longe melius loco illarum vti aliis ludis licitis, de quibus in Gallia & Lusitania, vt ibi per eum attamen ego non audeam approbare agitationes taurorum vllomodo in foro vel circo clauso factas contra expressam prohibitionem Summi Pontificis adeo sanctam, & iustam, cum ex eis, licet moderatis, eadem damna frequenter sequi possint, quæ ex non ita moderatis: vt constare potest ex illo exemplo ab eo adducto, nempe in tauris conuam cuspidibus præcis, & præterea cœcicitania nimia agitationis temeritate, tuncque refugij opportune constitutis, quia hoc casu multi viti eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes taurorum eo modo, quo communiter fiebant, illas approbarunt: hoc namque etiam ante constitutionem Pij V. procedere rectè potest, quo tempore ab Ecclesia non erat facta aliqua declaratio in hoc, nec prohibita taurorum agitatio, sed adhuc sub iudice lis erat, quinimo frequentissime fiebant præd. agitationes taurorum, hodie tam cum sit expressè generaliter & indistinctè prohibitum in diebus festiuis agitari tauris in circo vel in foro: tum ob damna, quæ inde prouenire solebant euitanda: tum etiam ob honore festorum, quæ potius diuinis laudibus spiritualibus gaudiis, piisque operibus, non huiusmodi ludis celebrari & honorari debent, minime procedere potest præfatorum virorum sententia seu permissio: cui etiam si cupides taurorum præfincidatur, si ipsi agilitate ferocitateque polleant, vt communiter ferociotes ad hoc quaruntur, possint homines ita in altu leuare atque proicere, vt ex ictu eos moti contingat, & præterea eos in terra ita pedibus ac manibus terere ac conculcare, cornibusque, quamuis præcis cuspidibus, percutere, vt eadem prope damna inde sequantur, ac si communi modo tauri agitentur. Extra forum & autem vel circum clausum, sed per calles agitari tauris chordis longis pedes vel cornua ligatos, non existimo prohibitum per constitutionem, ideo erit permissum, meritoque nemo etiã post eam damnat, vt refert Nauar. vbi supra quoniam tantum prohibetur agitari tauris in diebus festiuis in circo vel foro: ergo extra præd. locum & cum præfata cautela censetur permissum iuxta vniuersam sententiam Methymnæ & aliorum, ante præd. Motum proprium, quam supra retulimus: prohibitam enim vno loco, & modo, alio loco & modo censetur permissum per locum ab speciali, & arg. cum prator, cum similibus, ff. de iudic. & in hoc exemplo & casu consuetio cum Nauarro.

Ex quibus & iam deducitur, minime licet in diebus festiuis agitari tauris chordis non ligatos per medios calles oppidi vel ciuitatis, portis ipsius clausis, ita vt

E

tauti, licet velint extra exire, non possunt, quia ex hoc dici potest, eos agitari in circo, quamvis laiori, licet non in foro, cum d. constitutio expressim prohibeat eos agitari in circo vel in foro: ergo nec in circo neque in foro id licebit. Præmaxime quia maiora atque frequentiora hoc consequi possent ex frequentissima fenum, infantiam & mulierum existentia per calles, qui quandoque non ita velociter sibi cauere possunt sicuti in foro, sicque & verba & mens legislatoris hoc casu concurrunt atque expressim conuenire videntur: ergo, & ipsius dispositio atque prohibitio locum habere debet, arg. d. 4. s. ioriet. ff. de damn. infesto. Si autem portæ oppidi vel ciuitatis essent apertæ, ita vt taurus exire posset per eas, secus videretur dicendum, quia cessant supra. in conuenientia, & agitatio modicè durare potest.

Tertio obserua, quod in diebus non festiuis hodie ex declaratione Greg. XIII. permilla est agitatio taurorum, etiam in circo vel in foro, cum cautela & moderamine debito.

16 Quarto præ oculis t̄ semper habendum est, clericis, tam regularibus, quam secularibus, beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, prohibitum esse sub excommunicationis pœna eisdem spectaculis, hoc est, taurorum agitationibus, interesse, hocque non solum dieb. festiuis, sed quibuscunque aliis illi agitentur, etiam à Greg. XIII. permillis, patet expresse ex priori Pij V. constitutione, quæ omni tempore id prohibet sub præd. pœna, quod Gregor non sustulit, nec moderatus est in clericis, sed tantum laicis, nullibusque quantumcunque militiarum, non tamen clericis initiatis ordinibus concessit atque indulgit in dieb. non festiuis taurus agitate cum debita cautela atque moderamine, ceteris à Pio V. statutis in suo robore permanentibus: clericis itaque cum debita cautela atque moderamine, poterunt agitationibus, taurorum interesse, etiam in fenestris, nec aliis turis locis, sub pœna excommunicationis, & hoc iustissimis de causis, quarum nonnullas expressit antea Bernard. Diaz de Lugo, vbi supra, duccens honestum, & æquum, vt hoc synodali decreto per omnes dioceses prohiberetur, pœna condigna cõtra faciendibus imposita. Gauderet ergo nunc præsil Christianissimus, si viuere, videns hæc Summorum Pontificum saluberimam constitutionem id generaliter prohibentem quibuscunque clericis beneficiatis, vel in sacris ordinibus constitutis, sub pœna excommunicationis: & non inmerito lex partitæ supra relata idem Episcopis prohibuit: hodie generaliter ad omnes clericos beneficiatos vel in sacris constitutos prorogatum est sub præd. excommunicationis pœna.

17 Sed an t̄ hæc pœna excommunicationis, quæ clericis interessentibus agitationibus taurorum imponitur, sit lata sententia, vel ferenda, nemo dubitabit: quoniam est verba illa, *Similiter prohibemus*, inueniunt ipso facto inueniri per relationem, quæ fit ad superiora, vbi ipso facto excommunicantur Principes, & communitates, atque republice permittentibus agitationes taurorum, altarumque ferarum bestiarum in suis prouinciis, ciuitatibus, oppidis & locis, contra interdictum & prohibitionem præfatam Summi Pontificis; at tamen sensus verus præd. verborum, *Similiter prohibemus*, non est ille, nec enim referuntur ad pœnam excommunicationis ipso facto incurrendam, sicut in præcedentibus, sed tantum ad prohibitionem, hoc est, vt sicut in superioribus prohibuit principibus; communitatibus, rebus publicis, &c. ne in suis prouinciis, &c. modo sicque similiter prohibet clericis, ne præd. spectaculis intersint: ita vt aduerbium illud, *Similiter*, non referatur ad pœnam, id est, non simili pœna, sed ad prohibitionem, vt sicut prohibitum est laicis, ita & clericis: hocque patet. Primo quia non dixit *sub eisdem pœnis*, supra positis, sed de

nouo adiecit *sub excommunicationis pœna*, nec addit, *lata sententia*, prout fecisset, si illud vellet. Secundo, quia ante verba, *Similiter prohibemus*, est coma huiusmodi, denotans separationem à præcedenti pœna excommunicationis: similitudo igitur prohibitionis non est in pœna lata sententia, sed in prohibitione. Consequitur ergo ex supra dicta manifestissime, clericos interessentes taurorum agitationibus non esse excommunicatos ipso facto, sed posse ob id excommunicari, hoc est, declarari ab ordinario excommunicatos ob contrauentionem Motus proprii, & sic veniunt excommunicandi iuxta gl. *communiter approbatam* in c. 1. de sagin. vt testatur Ang. de Claual. in summa, verbo, *excommunicatio* 2. n. 8. sequitur aliam gl. & dicit allegari Did. Perez in l. 1. tit. 5. li. 8. ordinam. p. 1. 80. col. 1. v. *versu* quari solet, & Bernard. Diaz. de Luc. in reg. 263. \* Et in nostris terminis ita tenet post primam huius operis editionem visus Petrus à Nauar. lib. 2. de reſtitutio. c. 3. n. 304. \*

Supereſt nunc t̄ vt ad illam difficlem, frequentem tamen questionem decernamus, An clericis prædicti, quia agitationibus taurorum intersint, peccent mortaliter, vel tantum venialiter? In qua videtur dicendum, venialiter eos tantum peccare: videtur enim materia leuis, clericos huiusmodi spectaculis interesse ad inducendum peccatum mortale, sicque eos priuare vita æterna. Nulla enim lex humana, quantumlibet iusta sit, obligare potest illius transgressorem ad culpam mortalem, nisi sit circa materiam talem, quæ possit sufficientem causam præbere ad iniungendam talem obligationem: quia legislator nihil sine legitima causa & ratione præcipere potest: arg. Clem. Pastoralis, de re iud. & in l. 1. n. 1. ibi gl. & communiter doct. C. si contra ius vel util. publicæ ratione naturali probatur, quia longissime ab ea distat, vt de quacunque re lenissima possit ab homine statui lex aut dari præceptum obligans illius transgressorem ad mortalem culpam: quoniam si ita res se haberet, multo maior & crudelior esset politia spiritualis severitas, quam corporalis: lex etenim humana in corporali, & humana politia non potest pro aliqua leui culpa hominẽ ad mortem corporalem obligare; ergo in politia Ecclesiastica & spirituali non poterit lex pro qualibet leui culpa hominẽ ad mortem spirituale ordinare, cum pia mater Ecclesiæ totis suis viribus homines ad cœlum perducere intendat. Consequenter probatur auctoritatè Diui Aug. li. 21. de Ciuit. Dei. c. 1. vbi mortẽ spirituale in politia spirituali comparat mortis corporali in politia mundana, his verbis: *Quod est de ista ciuit. mortalis, homines supplicio prima mortis, hoc est, de ista ciuit. immortalis, homines supplicio secunda mortis auferre*: sicut ergo politia mundana nulla lex mortis pœna afficit aliquẽ nisi pro graui Principis aut reipubl. offensa, vt est crimen læsæ Maiestatis, hæresis aut homicidii, aliudque simile peccatum, ita etiam nulla lex poterit aliquẽ ligare ad mortem spirituale, nisi pro re magni momenti, quæ valde Deum, aut proximum offenderet: ergo quamuis Motus proprius Pij V. prohibens clericos interesse agitationibus, taurorum iustissimus sit, vt præ diximus, videtur tamen ex supra dictis non obligare clericos contrauenientes ad reatum peccati mortalis, cum ipsi interfuerint huiusmodi spectaculis decenter & honeste, in locoque tuto absque villo scandalo & absque præiudicio proximi fiat, gratia potius recreationis & voluptatis, quam contemptus mandati superioris.

Præterea, peccatum t̄ mortale (secundum Richard. de Sancto Victore in tract. de differentiis peccati mortalis & venialis) triplici ratione distinguitur: mortale est, quod non potest comitti sine graui læsione proximi: mortale est etiã, quod non potest comitti sine magno cõtempitu Dei. Cætera vero omnia videntur venialia ex quibus verbis

verbis iuxta Ricard. sententiam illud potissimè colligitur, grauem semper oportere esse rem & vehemẽter, aut noxiam aut offensiuam, circa quam peccatum possit mortale committi: modicum vero & leuem proximi offensionem non esse peccatum mortale, sed veniale, vt ex eo deducit Fratres Alфонс. à Castro lib. 1. de pœna. l. pœnal. c. 5. in 1. documentum.

Denique quia clerici communiter & publice adfunt præd. spectaculis, nec p̄nuntiant in quam plurimis partibus horum regnorum, sicque tacita tolerantia videtur eos excusare, vel quod in hoc prædicit. Motus proprius non sit receptus: tum etiam, quia sine scandalo interfendo in fenestris secreto, vel publice, habita decenti atque honesto gratia delectationis siue voluptatis, dum tamen de damnis ibi contingentibus non gaudeant, non videntur peccare, saltem mortaliter; secus si in foro ipso vel circo, vbi tauri agitantur, ipsi pedestres, multoque fortius si equeſtres affiant agitationi taurorum, præmaxime si tanquam laici incipiant in taurus injiciant, aliaque similia faciant: hoc enim indecens atque ab habitu clericali omnino alienum est, scandalumque manifestum sic præbentes peccabant proculdubio mortaliter: & ita hanc partem adiuui tenere nonnullos viros literis & doctrina consummatissimos, quorum sententia & opinioe quamplures clerici sibi taurus agitari vident absque villo scrupulo conscientia: alij vero hæreto omni timore Dei id faciunt.

His tamen omnibus non obstantibus, prout vere non obstant, in præsentis questione semper existimauimus, atque nunc liberenter decerno, clericos habentes beneficia Ecclesiastica vel in sacris ordinibus constitutos videntes agitationes taurorum, etiam clauso scandalo, peccare mortaliter attentò tenore Motus proprii Pij V. cuiusque verbis, ex seq. fundamẽtis. Primo, quia lex humana t̄ iusta & de re graui aliquid statuit, obligat illius transgressorem in foro conscientia: ad culpam mortale aut veniale, iuxta variam legislatoris voluntatem, quæ ex variis ipsius iyerbis conici potest, & non aliunde, nisi forte ipsemet legislator posset de hæc consuli, & sua voce exprimeret voluntatem, iuxta doctrinam sancti Thomæ prima secunda, q. 96. art. 5. *communiter recepti à Theologo ibid. & Canonistis in c. 1. de consuet. secundum Nauar. in Manuali. Hicpa. c. 23. nu. 46. & in Latino, 48. probat latissime Alфонс. à Castro. l. 1. de pœna. l. pœnal. c. 4. per totum.* Supradicta autem constitutio prohibens clericos interesse taurorum agitationibus, est iusta, bonos mores concernens, & pro re graui, talique declarata lata, vt constat ex principio dict. Motus proprii ibi, *Nos igitur considerantes hæc spectacula vbi tauri, & fera in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Christiana aliena esse, ac volentes hæc cruenta turpiaque demonum & non hominum spectacula abolere, & animarum salui, quantum cum Deo possumus providere, &c.* Constatque de voluntate, & intentione legislatoris ex verbis ipsius volentis, contrauentores ad culpam mortalem obligati, vt infra latius considerabimus: ergo obligat clericos contrauenientes ad peccatum mortale.

11 Secundo, hæc & pars probatur, quoniam intentio cuiuslibet legislatoris Ecclesiastici, videntis in sua l. verbo præceptum aut prohibitio, est obligare ad mortale culpam transgressorem, nisi per aliquod signum vel verbum exprimat aut significet contrarium, vt tenet communis in c. nam concepitentiam, de consuet. & probatur in Clem. exini. de par. ad. §. cum autem, de verb. signific. quo in loco Pontifex non dicit, hoc esse peculiare in regula ferarum Minorum, quam ibi interpretatur, sed ad illius interpretationem præsupponit tanquam ex iure manifestum, quod verba significantia præceptum, & verba illis æquipollentia habent vim exprimentis obligationem ad culpam mortalem, per quem sexti. hoc re-

net Castro vbi sup. c. 5. in vers. quicquid in iure canonico, & Nauar. in d. Manuali. Latin. c. 13. nu. 50. vbi affirmat, quod vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio conciliorum, Pontificum, aliorumque Prælatorum, & doctorum habet, omnia & singula verba præceptiva, & prohibitiua posita in l. Ecclesiastica significandi, in dubio conditioẽ eius habere animum obligandi ad mortale, nisi aliud in ea positum contrarium indicet per text. in d. Clem. exini. §. cum autem. Sed d. Motus proprius videtur in hoc verbis præceptiuus atque prohibitiuus, vt constat ex eodem ibi. *Prohibemus & interdiciamus*, & iterum ibi, *Similiter prohibemus*, nec adest verbum in eo contrarium significans, imo quod enixius demonstrat transgressores obligati ad mortale, vt infra dicemus: ergo clerici videntes taurorum agitationes contra prohibitionem præfatam peccant mortaliter.

Tertio, & peremptorie hæc pars ex eo verissima efficitur atque irrefragabiliter comprobatur, quod eisdem clericis sub excommunicationis pœna prohibetur in D. Motu proprio, ne eisdem spectaculis intersint: nam verissimum est in iure, quod excommunicatio maior (prout in dubio de ea intelligitur, etiam si non exprimitur, vt in c. penult. de sent. excommunic. quod t̄ procedit non solum in sententia excommunicationis prolata à iudice, sed etiam à iure, quia verba debent intelligi secundum communem consuetudinem, cap. ex literis, de sponsal. l. Labeo, ff. de supellect. leg. vnde quia communis vsus habet, vt accipiatur de maiori, sic faciendum est, secundum Angel. de Claual. in summa verb. *excommunicatio*, 2. nu. 9.) non debet imponi nec ferri, nisi t̄ pro culpa, & peccato mortali, vt in c. nemo, & in c. nullus, l. 1. q. 3. id quod optime admonet Leo Papa huius nominis primus in epist. 60. ad Episcopos per Vienneſem prouinciã constitutos: estque communis t̄ opinio secundum Victoriam in sua summa. tit. de excomm. q. 3. Quod procedit sententia excommunicationis non solum à iure, sed etiam ab homine; Nulla siquidem est infligenda, nisi pro mortali culpa, sicuti docuerunt Theologi, præcipue S. Thomas in 4. sent. dist. 18. q. 2. ad 3. q. 9. & post eum ceteri, & hæc est omnium consens sententia, vt plures referens affirmat D. Couart. in c. alma mater, l. 1. part. rel. §. 9. n. 1. Ergo cum Summus Pontifex imponat pœnam excommunicationis clericis prædictis spectaculis interessentibus, consequitur manifestissime, eius mentis atque intentionis esse, vt contrauenientes clericis culpam mortalem incurrant.

Ex quo t̄ deducitur manifestissime, legẽ lata, cui adiecta sit excommunicatio pœna, euidenter colligi, legislatoris intentionem fuisse obligare transgressorem ad mortalem culpã, etiam si verba præceptiva vel æquipollentia in ea non adfunt, sed illa, *Decernimus, statuimus, ordinamus, volumus, facimus, &c.* alia enim si legis cõditor huiusmodi intentionem non habuisset, inique talem pœnam contra legis transgressores adieciſset: quæ ratione vel lex est censenda iniusta (quod minime est dicendum in proposito) vel intentio obligandi ad mortalem culpam eiusq. & obligatio necessaria deducitur: excommunicatio enim gladius censetur spiritualis, cap. dilectio de sententia excomm. cap. venerabilem, qui filij sunt legis, & ibi Abb. notatur in c. cum non ab homine, de iudic. & in cap. corripiamur, 24. quæst. 3. vbi secundum August. nulla in Ecclesia maior pœna est, quam excommunicatio, quamuis ex fine t̄ sit medicinalis, vt in cap. 27. cam medicinalis, de sentent. excomm. lib. 6. tradit late Couart. in c. alma mater, in initio, n. 9. de sentent. excomm. lib. 6. in terminis hanc deductionem, de qua supra n. 5. faciunt atque probant omnes, præcipue Caiet. super Thomam prima secunda, q. 96. artic. 4. & Dominic. à Soto 4. dist. 22. quæst. 1. art. 2. in vers. ex his sequitur, Alфонс. à Castro, lib. 1. de pœna. leg. pœnal. dist. c. 5. vers. E 2

quicquid in iure canonico ibi. Si verba talia sint, & iterum, c. 12. ibi, Si illa pars legis, D. Conar. ubi sup. in vers. primis sunt, & Nauar. in d. c. 13. n. 52. Cum igitur hæc ita se habeant, lexque nostra Pontificia contra clericos verbis prohibitiis vtatur, simulque pœnam excommunicationis adiciat, manifestissimum sit, & à fortiori, clericos violatores huius constitutionis peccare quidem mortaliter, nihilque aliud expressius in proposito esse potest, quam hoc. Hocque tertium fundamentum cum sua deductione adeo premit, vt nullam habeat nec habere possit securam euasione: asserere namque supra dicta procedere, quando pœna excommunicationis à iure vel ab homine ipso facta vel late sententiæ insignitur, secus si tantum comminatoria sit, est falsum, nulli siquidem id probatur, quinimo contrarium expresse tenet Nauar. ubi sup. cum Caiet. quem refert, nempe superiora procedere, sine pœna excommunicationis imponatur ipso iure, siue non: colligiturque præterea ex Soto ubi sup. loquente in comminatione excommunicationis, & Syluestro etiam ubi supra, & ratione etiam patet: nam quis patet filio suo comminatur mortem corporalem, nisi pro iniuria, aut scelere quod mortem mereretur, quomodo ergo Summus Pontifex, piissimus Pater & Ecclesiæ caput, Christique Vicarius comminatur excommunicationem, que mortem spirituales supponit, filiis charissimis, nisi pro culpa, que digna esset tali pœna?

29 Nec etiam præstabit dicere, quod quoties propter aliquam circumstantiam & qualitatem actus censetur transgressionis culpæ, alioquin mortalem, venialem esse, non est locus excommunicationi canonis vel iudicis, sed tantum, quando transgrediens legem vel præceptum, mortale crimen commiserit, quia cum sententia iuris non sit iniuria, potest homo ita formare conscientiam suam, quod ubi non peccat mortaliter, nunquam incurrit sententiæ iuris; quia iniuria dicitur omne id, quod non iure fit: non debet autem, vnde iura nascuntur, inde nasci iniuriæ occasio, l. meminimus, C. unde vt, quare cum fit iniuriæ excommunicatio, que fertur sine mortali, non est sententia iuris, ubi non est mortale, & ille solus iudicio Ecclesiæ est prædicendus, qui iudicio Dei creditur præcisus: sed sine peccato mortali iudicio Dei non creditur præcisus: Ergo, &c. vt notant Pal. in 4. dist. 18. q. 1. art. 2. concl. 2. Ad. in 4. in tract. de clauib. q. 3. in vers. fortassis obiciet, & Syluest. in summa, verb. excommunicatio. 1. notab. 3. prope si. expressus m. 1. & eos referens D. Couar. ubi sup. in vers. 2. Nau. in Manual. Lat. c. 27. n. 9. ac proinde in proposito clericos sine scandalo causa recreationis & voluptatis videntes agitationes taurorum, non gaudentes nec letantes de dânis ibi contingentibus, propter hanc circumstantiâ excusari à peccato mortali, quasi pie credendū sit, Summum Pontificem hoc casu loquutū minime fuisse in sua prohibitione, sed tantum quādo clerici insolenter atq. nimis licentiose, siq. cum scandalo prædictis spectaculis interfunt. Nam cum Summus Pontifex motus maxima huius agitationis taurorum detestatio, tanquam à charitate & pietate Christiana aliena, eisdemq. summe noxiæ, generaliter & indistincte omnino prohibuerit sub pœna excommunic. præd. clericos eisdem spectaculis interesse, consequitur manifestissime, eos obligare voluisse ad culpam mortalem, si quomodo etiam sine scandalo eisdem interessint; alias enim grauissima pœna excomm. imposita, nec similiter expressa prohibitio Pontificis aliquid operaretur: quandoquidem etiam his deficientibus, sed tantum prædictis verbis non præceptiuis appositis, quæ alias non obligant ad culpam mortalem, sed tantum veniale transgressores, ratione tamen solius scandali obligentur ad culpam mortalem: hoc autem non est dicendum, quia esset contra supra dicta iura ac communem doctorum

traditionem & verum sensum verborum: igitur præd. casus sustineri non potest nec esse alicuius momenti. Præterea, ea in hæc sensum accipienda est, vt ex præfatis auctoribus colligitur, nempe vt quoties homo certus est, non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, tuta subinde conscientiam habeat, nullâ incurrisse excommunicationem iuris apud Deum, nec esse priuatum Ecclesiæ suffragiis, prout intelligit Soto ubi supra in vers. secundum corollarium, & Palud. & Syluest. ubi sup. dicens, secus esse in sententia hominis, quia interdū tenet, etiâ si irretiat innocens, puta, quando error non exprimitur in sententia, quia tunc ligat quoad Ecclesiam, non quoad Deum, vt per ipsum verb. excomm. 2. in princ. an. casu, Clau. verb. excomm. 3. n. 12. Eandem declarationem sequitur Armilla aurea in summa, verbo, excomm. 1. n. 3. Hoc autem in nostra quest. conuenire minime potest; Quandoquidem nulla probabilitas, non dico certitudo, haberi potest, quod intentio Summi Pontificis fuerit id prohibendi tantum, quando clerici cum scandalo præd. spectaculis interfuerint, non vero alias; cum potius conflet contrariū ex præfatione constitutionis, à qua causa finalis ipsius assumenda est, vt in l. fin. ff. de hered. inst. cum similib. Nam in d. præfatione, vt prædiximus, reparatur huiusmodi spectacula à pietate & charitate Christiana aliena, ac tanquam eruenta, turpique demonum & non hominum spectacula vult illa aboleri, itaque malicia ipsa solum est in præd. spectaculis, absque alia accidenti causa; & ideo eisdem interesse prohibentur clerici: Ergo etiam deficientes scandalo in interessentia huiusmodi clericorum committitur peccatum mortale. Et quamvis ex declaratione sæpe dicta Greg. XIII. liceat in dieb. non festiuis tauris agitari, clericis tamen nulla indulgentia in hoc concessa fuit, sed imo in eisdem remansit in suo robore prohibitio Pij V. vt est prædictum.

Quarto & vltimo hæc nostra sententia comprobatur ex alia Syluestri, verb. excommunicatio. 1. n. 11. dicens, quod etsi sententia excommunicationis à iure vel ab homine insigni non possit, nisi pro peccato mortali, & in contumacem, vt est prædictum atque id certissimum, hoc tamen intelligitur, quando quis excommunicatur propter culpam præteritam vel presentem, secus vero si pro re futura, à qua prohibetur sub pœna excommunicationis comminatoria, vel late sententiæ, tunc enim non oportet illud in se mortale, imo nec veniale: peccat tamen mortaliter, qui contra facit, ratione præcepti inclusi. Idem est, quando ponitur excommunicatio contra illud, quod de se non est malum, vt quod ante annum professio non recipitur in mendicantibus, quia tunc sufficit, quod actio, alias licita, rationem habeat inobedienciæ: ita etiam Syluester ubi supra in vers. quod intelligit.

Hoc tamen dictum & Syuestri quamuis eorruere videatur ex tertio fundamento supra adducto, & his præterea, que eidem adiecta fuerunt, cum de iure fit veniissimum, indistincte pœnam excommunicationis, siue à iure, quod pro re futura prædicit, pœna vtitur, non vero pro præterita nec presenti, siue ab homine, ferri non debere, nisi pro mortali culpa: attamen si res, que leue aut nullum esset peccatum, præcepto iusto prohibeatur, mortale erit peccatum, contrarium agere, quia ipso præcepto facta est res illa materia necessaria virtutis obedientiæ: mortale autem est agere contra materiam necessariam alicuius virtutis, veluti cum prælati præcipit diem festum agere alicuius sancti, aut vigiliam ieiunare de nouo: nam ante præceptum nullum erat peccatum, postea vero mortale peccatum est.

Ex quib. recte inferatur ad nostrum propositum, vt quāuis esset res leuis, clericos interesse huiusmodi spectaculis taurorum, attamen propter inobedienciam præcepti

præcepti superioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis impositæ contrarium facientibus, peccabunt mortaliter: & cum Summus Pontifex prius disposuerit materiam eamque aptam fecerit exilimando grauem, vti pro ea, tanquam pro mortali culpa contraueniens, excommunicari possit, si que postea in decisione sub pœna excommunicationis id prohibuerit, remanet res proculdubio contra clericos in hoc articulo, vt mortaliter peccent contrafacientes.

Præmaxime, quia quoties superior motus aliqua iusta causa aliquid præcepit vel prohibet faciendum, licet illud in se ante præceptum non sit culpa mortalis nec venialis, attamen aliqua rationabili causa motus id præcepti vel prohibuit sub pœna excommunicationis: Tunc etsi excommunicatio non cadat super culpam ante præceptum mortali, attamen quam iam fit facta materia præcepti, eo ipso fit materia necessaria alicuius virtutis, cum antea non esset, & ideo contraueniens ex inobediencia peccabit mortaliter: & in terminis hanc nostram sententiam principalem, quamvis eam non ita funder, sed simpliciter in pœna excommunicationis imposita, alitque leuib. rationibus, probauit post d. Motum proprium Pij V. F. Ludon. Lopez in suo instr. conficiencia. 2. part. c. 32. col. 235. & Petr. à Nauar. l. 2. de restitut. c. 3. n. 302. cum seqq. & ante eum D. Spino in suo specul. testam. gl. 2. num. 28. & 29.

Non obstant modo adducta pro contraria parte, quia primum de leui materia iam cessat, quandoquidem Summus Pontifex Pius V. eam grauem atque ad pœnam excommunicationis imponendam sufficientem esse declarauit atque iudicauit, vt est prædictum.

Non etiam obest, quod clerici committunt interesse soleant prædictis spectaculis, & sic quod tolerantia videatur eos exculare; Nam respondeo, non inde consequi, esse licitum, cum sit expresse prohibitum: Nam ita etiam videmus, furti, adulterii, fornicationem, homicidia, & alia similia esse tam iure diuino quāto positio prohibita, & nihilominus sepe impetuntur ob id, quod taurorum agitationi interessint: Ergo quāuis quandoque non puniantur, non tamen id censetur eidem moti proprio derogatum, nec tacita dissimulatio inferiorū clericis quicquam prodest ad excusationem obseruantia: præcepti superioris & peccati mortalis, quod ob violationem præcepti eiusdem incurrunter: nec etiam possunt legare, quod dicit. Motus proprius non fuerit receptus: contrarium siquidem est verius, quandoquidem fuit receptus, estque iam diu consuetudine obseruatus, & virtute eius plurimè ubique puniuntur, quoties iudici denuntiantur: nec quod clerici videant agitationes taurorum absque scandalo, qui præstat; scandalum enim si adsit, angebit peccatum, quod si deficiat, remanebit peccatum mortale, quod ex inobediencia præcepti pœnalis excommunicationis committitur, vt est prædictum: imo si occultè mutatis vestib. faciæque recta clericis interessint taurorum agitationi, maiorem causam præbent scandali illis, qui etiam agnouerint, grauiusque peccabit, quod non solum agat contra hoc præceptum, sed quod etiam se personare ausus esset contra canonū præcepta, & raro adeo occulte hoc fit nec fieri potest, quin pluribus innotescat: tandem sit fraus legi iuste, adhucque ratio finalis prohibitionis supra expensa militat hoc casu: peccabit igitur clerici mortaliter agitationi taurorum hoc etiam modo interessent. Non obstat denique illud de lege & politia humana, que nunquam ob leuem culpam obligat ad mortem corporalem: Ergo nec spiritualis: quoniam hic non adest leuis culpa, sed grauis, vt superius deduximus, ex quo etiam dilucet vltimum, quod pro priori parte fuit adductum funda-

mentum ex doctrin. Ricard. de S. Victore, circa distinctionem peccati mortalis à veniali, quandoquidem in proposito constat ex verbis præceptiuis & adiectione pœnæ excommunicationis de intentione legislatoris, volentis obligare transgressores ad culpam mortalem, supra probauimus sufficienter.

Præterea illa 3. distinctio Ricar. non est vsquequeque tuta nec certa. Alij enim aliter in hoc distinguunt, prout facit Syluest. in sum. verb. peccatum. n. 3. & ceteri Summistæ. Quinimo periculosum est decidere, quod quid tale sit in particulari peccatum mortale, necne, si auctoritas expressa ad id non addit, vt ex S. Thom. in quodlib. 9. art. 5. & Maior in 4. dist. 15. q. 6. col. 5. refert Nauar. in Manual. Hispan. c. 27. n. 269. Remanet igitur ex supra dictis satis probata nostra hæc secunda & tenenda sententia, quod clerici interessentes taurorum agitationibus in circo vel in foro, quamvis honeste & in loco tuto atque sine scandalo, peccent mortaliter. Et ita resoluimus atque definiuimus omnes Theologi, & Canonistæ huius admodum illustri atque antiquissimi capituli Ecclesiastici Ciuitatis ad instantiam & requisitionem eiusdem capituli, pro rescribendo epistolæ capituli Placentini, quæ ad nos fuit data consultationis super hoc dubio: & ita responsum esse à maiori parte doctorum vniuersitatis Salmantina: mihi renuntiavit illustrissimus illius ciuitatis Præsul Domin. Hieronymus Manrique.

Hæc cum æquo animo & veritate duce scripta essent, ita hodie approbata sunt à Sanctissimo D. N. D. Sixto V. summo Pontifice, Breui suo præfato Illustrissimo Præsulī Salmant. directo in hunc modum: Venerabili fratri Episcopo Salmant. Sixtus Papa Quintus Venerabilis frater salutem & Apostolicam benedictionem. Nuper siquidem + ad nostram notitiam peruenit, quod alias, postquam felicis recordat. Pius Papa Quintus prædecessor noster, sua per pœna vultura constitutione spectacula & ludos taurorum prohibuerit, actam laicis, quam clericis secularibus, & quorumvis ordinum regularibus, ne eisdem spectaculis & ludis interessent, sub cuius inibi contentis penis interdixerat, & deinde pia memoria Gregorius P. Papa XII. etiam prædecessor noster, per quosdam suas desuper confectas literas prædictam constitutionem & penas in ea contentas, clericos tam seculares, quā regulares, non tamen laicos & milites quorumcumque militiarum sacri ordinis non initiatos comprehendere declarauerat, prout in constitutione ac literis prædictis plenius continetur. Nonnulli vniuersitatis studij generalis Salmant. præceptores, tum sacra Theologia, tum iuris civilis professores, non solum agitationibus taurorum & spectaculis prædictis se essent aere non verentur, sed etiam clericos in sacris ordinibus constitutos, de agitationibus & spectaculis prædictis contra præd. constitutionem inueniunt nullum reatum committere, sed licite illis adesse posse asserunt atque publice in suis lectionibus docent: unde multi tua diocesis clerici contra constitutionem & literas præd. licet à te super illarum obseruatione, etiam propositis edictis requisiti, atque coacti fuerint, eisdem ludis interesse non desistunt. Nos ut Romanorum Pontificum præcepta, prout decet, inuoluntate obseruentur, prouidenda videntes, fraternitati tue etiam inquam nostro & sedis Apostolicæ delegato liberam facultatem atque auctoritatem tribuimus, ut tam præd. præceptores, ne aliquid contra constitutionem, & literas prædictas docere seu asserere, quam, quoscumque clericos in eiusdē Greg. prædecessoris prædictis aliquo modo interesse autem, seu presumant, Apostolica auctoritate monedi, ac illis cuiuscumque qualitatis fuerint, ipsi prius inobedientes, cuiuscumque qualitatis fuerint, ipsi prius etiam per edictum publicè confisso summarie & extraiudicialiter de non nota, accessu, citatis, ac ut pareant, sub sententiis & censuris Ecclesiasticis, etiam pecuniariis penis

moderandis & applicandis, requisitis, ad incursu censuram & penarum huiusmodi declarationem & executionem omnibus & quibuscumque necessariis & opportunis tibi visis remediis procedendi & quicquid decreveris & mandaveris exsequendi, ac totam executionem usque ad omnimodam partitionem demandandi; omni & quacunque appellatione ac recursu & reclamacione postpositis: innocuo etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac dilecti universitatis status & consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice observatis, ac iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis contra premissa concessis, approbatis & innovatis, &c. Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die 14. April. 1586. Pontificatus nostri anno primo.

Deinde 17. die Mensis Iunii eiusdem anni, idem Hieronymus Salmantic. suum publicum edictum, & monitorium iuxta tenorem dicti. Brevis Apostolicus ac cum eius inscriptione, decrevit, tanquam Ordinarius & etiam tanquam delegatus Apostolicus, aduersus omnes & quoslibet personas Ecclesiasticas, quibus predicti. literis ac mandatis Apostolicis Pij Quinti & Gregorij XIII. prohibitum existisset, spectaculis & ludis taurorum, adesse, ne ipsi intersint, & in omnibus adimpleant acque observent easdem prohibitiones, & constitutiones Apostolicas sub pena excommunicationis maioris & alius condignis pro modo culpa. Insuper & omnibus lectoribus & cathedraicis eiusdem universitatis, tam laicis quam clericis, secularibus & regularibus, ne in posterum dicant, vel doceant pred. clericos posse assistere predicti. spectaculis, videlicet ludis taurorum sine reatu peccati, nullo modo nec forma nec aliqua cautela: quod id docuerint, consulerint, vel aliqua modo publicaverint, id emendat ac declarent, ita ut huiusmodi perniciosa opinio penitus a republica eradiceatur sub predictis penis, absolutionem pred. censurarum sibi vel superiorum suo referantur.

37 Ex quo nouissimo & breui Apostolico plura notabilia colliguntur. Primo, iam hodie non esse dubitandum de obseruantia motum propriorum Pij Quinti, ac Gregorij XIII. Summorum Pontific. super agitatione taurorum latorum, sed omnino esse obseruandos, non admissa tacita tolerantia nec conuictudine in contrarium.

38 Secundo, clericis & comprehensis in dictis literis Apostolicis nullo modo licere interesse predictis ludis & agitationibus taurorum: quo fit, nec sine scandalo, etiam mutatis uelibus, publice, nec secreto nec alio quouis modo id eis licere.

39 Tertio, nulli & preceptori licere aliquid docere vel asserere contra constitutionem & literas pred. Apostolicas, quo fit, vel nullo modo licitum hodie sit eisdem dicere, licite vel sine peccato clericos posse interesse taurorum agitationibus, dummodo sine scandalo adsint. Quinimo cum non debeant aliquid dicere contra prelatam constitutionem, consequitur debere fateri, peccate mortaliter clericos contra ipsius prohibitionem taurorum agitationibus interessentes, cum ex contrario sequeretur, iniustam esse predictam constitutionem comminante gravissimam penam pro leui culpa: Tum etiam, quia si aliud dicerent, aliquid docerent vel assererent contra eandem, quod est prohibitum: Tum, quia cum tam grauis pena sententia excommunicationis maioris sit imposta, quamuis non ipso facto incurrenda, clericis contrarium faciendum, & praeterea inobedientia tam iusti mandati superioris supremi interueniat, nullo modo fas erit dicere, contrauenientes mortaliter non peccare.

40 Quarto, praefatum & Hieron. Episcopum Salmant. recte procedere posse iuxta tenorem breuis aduersus clericos & preceptores aliquid contra praefatam constitu-

tionem & literas Apostolicas facientes, docentes, vel asserentes respectiue, praemissa monitione, quam suo edicto generali praefato promulgauit.

Quinto & addo, D. Breue Apostolicum minime sit stultisse aliis ordinariis in suis diocesisbus scultatam & auctoritatem procedendi contra clericos pred. agitationibus & ludis taurorum interessentes a Pio V. sua constitutione concessam, quinimo eam confirmat atque obseruari vult, ut constat ex illis verbis: Nos ut Romanorum Pontificum praecipua, prout decet, inuoluntate, obseruentur, prouidere volentes, &c. & ut melius obseruetur, committit Episcopo Salmant. ut monitis prius praecceptoribus, ne aliquid contra praefatam constitutionem & literas Apostolicas docere vel asserere praesumant, & clericis, ne eisdem ludis & agitationibus taurorum aliquo modo intersint, aduersus inobedientes sub sententiis & censuris Ecclesiasticis, etiam pecuniariis penis moderandis & applicandis, procedat, &c. Quo fit ut singuli ordinarij in suis diocesisbus vigore facultatis sibi concessa a Pio V. & Greg. XIII. possint aduersus clericos pred. spectaculis taurorum quoquo modo interessentes, comprehensis in literis Apostolicis eorumdem Pontificum, procedere, imo ad id teneri, ut tam sancta & salubria animabus fidelium praeccepta superiorum exsequantur: praemittere tamen debent generale edictum monitorium in ualuis Ecclesiae Cathedralis assignandum, ut nunc praecipit Summus Pontifex Sixtus Episcopus Salmant. in praefato suo Breui, quo ipse Episcopus vltus fuit, ut deinceps omnes clerici a similib. spectaculis praecaveant.

Posset tamen & moderari superior nostra principalis sententia, quoties clerici existentes in suis domibus, vel in aliis circumuicinis, vel etiam in calibus eiusdem vicinitatis, vel in suis Ecclesiis, vel alibi extra forum vel circum vbi tauri agitantur, illac contingit taurus transire, tunc enim eos videndo non existimo peccare mortaliter, quia non sunt inobedientes nec contrauenienti motui proprio de hac re agenti, alio tamen casu & loco quam hoc prohibente clericos agitationibus taurorum interesse, scilicet propter hanc circumstantiam & qualitate actus, quae diuersimodum casum a prohibito constituit, costat transgressionis culpam, alioquin mortalem, non esse huiusmodi, & ideo non esse locum excommunicationis praefatae, quae non incurritur nisi ob culpam mortalem: hic autem casus est praeter intentionem legislatoris: ergo non obligat ad culpam mortalem; ex supra dictis, in vers. nec etiam praestabit dicere. 29. nisi ipsi clerici per calles ex proposito taurus agitent & consilio illic ob id interessent, ut viderent eos ab aliis agitari: tunc enim ratione scandali & periculi, cui se exponunt, peccarent mortaliter.

Quinimo si clericus habeat domum suae habitacionis in foro vel in circo vbi tauri agitantur, etiam semel atque iterum vel pluries domo sua reclusus casu videat taurum agitari, dummodo ex proposito & cum mora id non fiat, sed potius ex negligentia quadam, non peccabit mortaliter, quia iure suo vitium domi existendo, nec tenetur illic oculos claudere, aut in oculo & abscondito se reponere, ne omnino cuspidis tauri videat: quavis melius faceret si ab illius cubiculi ingressu, quo fenestra in foro vel circo, quo tauri agitantur, exeunt, se illo tempore abstinere. Haec sic dicta fore vellem; ut nullo modo, vel in minimo, aliquid asserere vel docere videat contra praefatam constitutionem & literas Apostolicas; Eo enim sum libentissimo animo, ut in omnibus eisdem paream atque sedis Apostolicae mandatis obtemperem, quibus semper deditissimus fui, & ero, tanquam filius obedientiae: quod si in aliquo forsitan superiores nostrae moderationis contrariae praedictis literis Apostolicis sunt, vel aliquo tempore esse apparue-

apparuerint, eas statim reuoco, ut, ac si non dicta fuissent, habeantur. Post huius operis primam editionem Sanctissimus Dominus Noller Clementem Papa VIII. hanc, quae sequitur, fecit declarationem:

Clemens Papa VIII. Ad futuram rei memoriam Suscepit muneris ratio postulat, ut quae h. Romani Pontificis Praedecessoribus nostris ad animarum salutem pie & prudenter statuta fuerant, cum ad illarum perniciem aliquo pacto redundasse constiterit de his, pro locorum ac temporum condicione, ut decet immutandis, maturata consultatione adhibita cogitemus. Prisca siquidem illa consuetudo, qua varia ludorum generis status antiquioribus ad publicam laetitiam populo spectanda proponebantur, in diuersis quoque Christianis nominis prouinciis olim usquebatur, quorum illi inter praecipuos erant, in quibus armati milites cum feris bestias ad virum & audacia ostentationem congregabatur. Quod in Hispaniarum sine Regis, ubi taurorum agitationes fieri consueuerant adeo receptum fuerat, ut ad illarum spectacula omnium fere ordinum homines conuenirent. Quoniam vero felic. record. Pius Papa V. Praedecessor noster ex eiusmodi congressibus & spectaculis, non modo corporum, sed animarum pericula frequenter oriri acceperat, de salute grauis Domini sollicitus, ut illis quantum cura Domino poterat, occurreret, perpetua sua constitutione omnibus & singulis Principibus Christianis, aliisque personis in eadem constitutione tunc expressis, sub excommunicationis & anathematis penis, ipso facto incurrendis, prohibuit, ne in suis prouinciis, terris, oppidis ac locis, huiusmodi spectacula, ubi tauri & aliae ferae agitantur, fieri permitterent: militibus quoque, ceterisque personis aliis; ne cum ipsis congregarentur, interdixerat, & si in congressu occurrerent, ut Ecclesiastica sepultura carerent, sancierat. Clericos demum, tam regularibus, quam secularibus, beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinibus constitutis, sub excommunicationis pena, ne eisdem spectaculis interessent, similiter vetuerat. Et deinde pia memor. Gregorius Papa XIII. & Praedecessor noster, carissimi in Christo filij nostri Philippus, Hispaniarum Regis Catholici, qui Regnorum suorum utilitate, quae ex ea taurorum agitatione prouenire solita erat, motus id sibi supplicari fecerat, precibus inclinatus, excommunicationis, anathematis, aliarumque Ecclesiasticarum sententiarum & censurarum in ipsius Pij Praedecessoris constitutione contentas penas in eisdem Hispaniarum Regnis, inoad laicos & fratres milites tantum, quarumcumque militiarum & praepertiarum ac beneficia ipsorum militiarum ro tempore obtinent: modo dicti fratres milites, sacris ordinibus initiati non essent, & agitationes taurorum festis diebus non fierent, & per eos, ad quos spectabat, prouideretur, ne inde alicuius mors, quoad fieri posset, sequeretur, abhulera & amoueret, aliaque circa praemissa necessaria & opportuna statuerat & decreuerat, sicut in singulis literis dictorum Praedecessorum, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, Calenda. Nouembria Pontificatus sui anno secundo, necnon vigesima quinta mensis Augusti, anni M. D. LXXV. Pontificatus item sui anno quarto, expeditis latinis continetur. Ceterum, quia sicut idem Philippus Rex nobis, & per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium, Suesia Ducem, suum apud nos Oratorem, super exposuit, usque periculum fuit penam in eisdem Pij Praedecessoris literis expressas, graues quidem illas & rimendas, nondum tamen (quod sane operandum fuerat) praefatos congressus & spectacula in eisdem Regnis Hispaniarum sustulisse, tum propter antiquum eius gentis morem, quo milites, tum equites, sum pedes ita congregati ad bellica munera aciores reduebantur, tum ob ista quasi a natura, vniuersis eius regionibus hominibus eorundem congressuum, & spectaculorum cupiditatem, quae adeo tenetur, ut nisi vi maxima ab illis arceri possint:

& cum sicut eadem expositio subiungebat, quantulorimi in eisdem Hispaniarum Regnis in censuras & penas praefatas incidimus, in casuque passim incidimus, & ob id grauiora, quam antea peccata suadente humani generis hoste, ibidem perpetrarent, ita ut quae ad medellam & saluem parata fuerant in diuorem urbem conuersa, ad perniciem inuasent: idcirco idem Philippus Rex nobis supplicari fecit, ut in praemissis prouideret ex benignitate Apostolica dignaremur. Nos considerantes, penam omnes excommunicationis praefatae & anathematis, saluare esse debere quod eo consilio adhibenda sit, ut omnes illarum timore perterriti, eas res quae prohibentur, omnino euerint: & animaduerserent, commemoratis censuras & penas, parum in dictis Hispaniarum Regnis habitum proficere, atque hoc tempore non solum animabus non mederi, sed plurimum obesse, quinimo meriam scandali plerisque afferre, his sane malis ac periculis pro debito pastorali officio, quantum cum Domino possumus, occurrere cupientes, auctoritate Apostolica tenore praesentium excommunicationis atque anathematis, ceterisque penas in dictis literis contentis, quoad omnes in illis expressis, in Regnis Hispaniarum dumtaxat, Monachis & Fratribus mendicantibus, ceterisque cuiuscumque ordinis & instituti regularium exceptis tollimus & amouemus, easdemque Pij Praedecessoris literas ad terminos iuris communis, cui per praesentes, non intendimus in aliquo derogare, perpetuo reducimus ac restituimus, reduciturque & restituitur esse decernimus & declaramus, non obstantibus praemissis, necnon ceteris constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut huiusmodi taurorum agitationes in eisdem Hispaniarum Regnis festis diebus non fiant, & per eos, ad quos spectat, prouideatur, ne inde alicuius mors, quoad fieri poterit, sequatur. Clericos vero seculares, beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris ordinibus seu in Ecclesiastica dignitate constitutos, in dictis Hispaniarum Regnis existentes, per praesentes monemus & hortamur in Domino, ne paterna hac nostra & Sedis Apostolica benignitate abutantur, sed memores muneris & vocationis suae, eam vniuersi generationem habeant, ut nihil quod a propria dignitate, & a sua ceterorumque salute alienum existimetur, illo quomodo loco admisisse arguantur. Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die decima tertia Ianuarij, millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto. Locis & annulis Piscatoris. M. Veltius Barbianus. \*

S V M M A R I V M

- 1 Locatio rerum Ecclesiae ultra triennium est prohibita sub variis penis per Paulum Venerum Pontificem Maximum.
- 2 Lex ad hoc ut valeat atque liget, necessarium est, ut ab initio fuerit recepta.
- 3 Legem tunc dicitur non fuisse receptam, quando Principe sciente per aliquos actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, ubi per decennium lex negligitur, nec illo pacto admissa fuerit.
- 4 Extraneitas, ambiole, de rebus Ecclesiae alienand. an sit in vsu, & num. 7.
- 5 Iure antiquo res Ecclesiae ad modicum tempus, hoc est intra decennium, locari poterant.
- 6 Extraneitas, ambiole, de rebus Ecclesiae alienand. an sit in vsu, & num. 7.
- 7 Apud Hispanos dubium est an praedicta extraneitas sit derogata; Quandoque enim admissa est, quandoque neglecta.
- 8 Standum est in hoc consuetudini loci sine prouinciae, ut in quibus locis ipsa extraneitas recepta sit, & quo-